Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Quid ergo lex. Propter transgressionem posita donec
veniret semen cui promiserat. ordinata per angelos
in manu mediatoris. Mediator autem unius non est.
deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa dei. Absit.
Si enim data esset lex que posset vivificare. vere ex
lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia
sub peccato. ut promissio ex fide ihu xpi. daretur
fidelibus. t. Dixit d. i. d. s. lucam. Et credentib.
Beati oculi. qui videtis que videtis. Dico
enim vobis. quod multi prophete et reges voluerunt
videre que videtis et non viderunt. et audire que
audistis et non audierunt. Et ecce quidam legis pe
ritus surrexit. tentans illum et dicens. Ma
gister. quid faciendo vitam eternam possidebo.
At ille dixit ad ~~illum~~ eum. In lege quid scriptum est.
Quomodo legis. Ille respondens dixit. Diliges do
minum deum tuum ex toto corde tuo. et ex tota a
nima tua. et ex omnibus viribus tuis. et ex omni
mente tua. et proximum tuum sicut te ipsum. Dixit
illi. Recte respondisti. Hoc fac et vivies. Ille
autem volens iustificare se ipsum. dixit ad ihm.